PERGAMENA n° 1; mm. 1267x230 (altezzaxbase)
Già Archivio Parrocchiale di Bedizzole e ora Archivio Comunale di Rovato.

Jn Christi nomine. Concessum est per magnificum et generosum equitem et doctorem dominum Hieronymum Donato dignissimum / potestatem Brixie et districtus quibuscumque officialibus suis et comunis Brixie ad pignerandum deputatis his habentibus / possendi et debendi tute libere et jmpune pignerare jntromittere et sequestrare de bonis et rebus / omnium et singulorm jnfrascriptorum debitorum pro summis jnferius ipsis et cuilibet ipsorum annotatis et ultra / pro expensis ad jnstanciam Martini de Bigonibus notarij de Roado jntervenientis sindicario nomine comunis et hominum terre de / Roado habentium jus in seriola de Roado nec non ad jnstantiam ser Petri de Armanis de Claris jnstantis / sindicario nomine universitatis de Claris habentium jus in seriola de Fusio et hoc vigore concessionum factarum / ipsis jnfrascriptis per suprascriptos jntervenientes ut supra, nec non pro damnis jilatis in ripis seriole predicte per jnfrascriptos na = / = varolos qui conduxerunt et conduci fecerunt navetos per dictam seriolam et hoc pro annis quinque / proxime presentibus salvo quod non pignorantur vetita et salvo si………………………………………………………………………………./ elligerent habitare ad domum spectabilis domini Angeli de Ugonibus sitam etc. Quorum debitorum nomina sunt hec videlicet: / Venturinus dela Biancha in Paratico pro duabus partibus trium parcium duorum navetorum quod valoris / librarum quinquaginta planettorum; Simon Bobelli in Capriolo pro una naveta quod valoris librarum treginta planettorum; Franciscus et Antonius fraters / Fachinetti de Capriolo pro naveta valoris librarum treginta planettorum. Franciscus Scalvinus notarius die xxiiij augusti / 1495 … die xj mensis septembris 1495 hora vesperarum et juridica. Per jnfrascriptum dominum comparentem jntervenientem ut jnfra / coram vobis magnifico et clarissimo arcium et juris doctore domino Hieronymo Donato Brixie et districtus / potestate dignissimo comparet et se presentat spectabilis jurisperitus dominus Hieronymus Durantus sindicus et procurator / et sindicario et procuratorio nomine intervenientis hominum terre de Pallazolo habentium jus in seriola / de Fusio ratione preiudicij et jnteresse dicte universitatis nec non tamquam procurator Venturinj dela Biancha / Simonis Bobelli, Thonini de Pesentis, Francisci et Antonij fratrum q. Fachineti causa et occaxione quarundarum / assertarum litterarum ut asseritur per magnificentiam vestram concessarum de pignorando de bonis ipsorum Venturinj et aliorum pro / asserta summa librarum treginta pro quaque naveta ad jnstanciam ut dicitur Martinj de Lazaronibus jntervenientis asserto / sindicario nomine comunis et hominum de Roado et Petri de Armannis jntervenientis asserto sindicario nomine universitatis / de Claris habentium jus in seriola de Fusio et vertute asserte concessione facte ipsis …. / pro damnis assertis jllatis in ripis dicte seriole de Fusio et sic vel aliter prout latius in ipsis / assertis litteris subscriptis ut dicitur per ser Franciscum de Scalvinins notarium et ad quas si extant / jmpugnantes tamen relatio habeatur et quasquidem assertas litteras ipse dominus Hieronymus jnterveniens ut supra acceptavit / et acceptat pro parte et partibus pro se tamen faventibus in alijs verum non consistit sed ex …. et opposito / dixit et dicit dictas assertas litteras fuisse et esse nullas et nullius valloris et monuit cum ipse / asserte littere facte et concesse fuerunt nimius legiptime de facto et non de jure ex abrupto et sine cause / cognitione cum a similibus assertis litteris non fuerunt nec sint jn hocium sed………………………………………
(…)
sic fecerunt ipsi Venturinus et alij / dantes operam rei licite et honeste et in nullo tenentes ipsos de Roado nec de Claris cum fecerunt / nomine universitatis seriole de Fuxio terre de Pallazolo et tamquam operarij et vertute commissionis seu concessionis / eis facte per dictam dominam universitatem Pallazoli dicte seriole de Fusio, appellando et conducendo ipsas navetas /solum a lacu Jsei usque ad terram de Pallazolo et non ultra, in qua seriola per dicta loca universitatis / Pallazoli habent terciam partem et ultra pro indiviso dicte seriole et cum commoditate et beneficio / dicti de Pallazolo uti possunt et similiter dicti de Roado et de Claris et sic / cum ipsi nihil solvunt et possunt

et utuntur re comuni in ipso rem in solidum pati nec predicta posunt / ipsis de Pallazolo pari formiter et pari modo uti volentibus prout etiam de jure facere possunt dicti de / Pallazolo etiam jnvitis ipsis de Roado et de Claris cum in re sua seu comuni quecumque uti et facere possint / ad usum destinatum navigandi prout alias probatum fuit et etiam probabitur si et quatenus fuerit eis / expediens statuto sibi termino competenti quem sibi statui et assignari de bere petit………………
(…)
/Quia per hanc nostram deffinitivam sententiam dicimus, pronunciamus, sententiamus et declaramus bene fuisse / et esse judicatum per prefatum magnificum dominum potestatem de conscilio dicti domini Bernabovis de Madijs salvo quod / jn ea parte in qua condemnavit dictum Venturinum dela Biancha per libris quinquaginta tribus soldis / sex et denarijs octo de qua summa detrahimus dimidiam partem et hoc maxime quia non est probatum / in processu quod dictus Venturinus dicto tempo re conduxerit duas navetas et male fuisse et esse / appellatum in reliquis per prefatum dominum Hieronymum jntervenientem ut in processu, salvo in jure ipsi / domino Hieronymo et per eum suis principalibus si quod competit pro damno deducto in processu / propter terciam traverstam factam in dicta seriola per dicta comunia de Roado et de Claris et pro alijs / deductis et exceptis et non probatis per ipsum dominum Hieronymum jntervenientem ut supra, partes antedictas absolvimus / et liberamus ab expensis justis rationibus et causis salvo quod condemnamus dictum Martinum de Lazaronibus / et dictum Petrum de Armannis jntervenientes ut in processu et per eos eorum principales jn libris tribus / et soldis octo cum dimidio planettorum pro dimidia sallarij nobis in totum soluti per dictum dominum / Hieronymum jntervenientem ut supra dandis et solvendis ipsi domino Hieronymo et per eum principalibus suis / jnfra decem dies continuos proxime futuros et hec omnia omni meliori modo etc. et jta ut supra dico et sententio / ego Matheus de Tiberijs juris utriusque doctor judex de collegio dominorum judicum Brixie comissus ut supra / et in fidem premissorum me subscripsi et sigillari jussi die xv mensis decembris 1496 hora / terciarum et jurata, lata, lecta et publicata fuit suprascripta sententia per prefatum spectabilem dominum Matheum / commissum et sedentem ut supra anno Domini a nativitate ipsius millessimo quatringentessimo nonagessimo sexto / jndictione quartadecima, die quintodecimo mensis decembris hora terciarum et juridica presentibus dominis / Francisco Aquagno et Aschanio de Madijs notarijs ambobus et habitatoribus Brixie testibus notis, rogatis et / vocatis jn presentia prefati domini Hieronimj de Durantis jntervenientis ut supra et ser Doninj de Roado / jntervenientis nomine suprascriptorum Martinj Lazaronj et Petri de Armanis predicta acceptantium in partibus pro se se / faventibus et in alijs non conveniencium. /
S.T. Ego Antonius Scalvinus notarius publicus civis et habitator Brixie ac comunis Brixie / registrator perscriptum jnstrumentum sententiarum alijs occupatus per fidum / tabelionem transcribi feci et quia cum principalibus concordare reperj / jdeo in fidem premissis scripsi signo meo consueto apposito et de prima / sententia suprascripta rogatus fuit ser Franciscus Scalvinus notarius cui in scripturis / suis successi et de secunda sententia suprascripta rogatus fui cum suprascripta canzelatura: / in subscriptione facta que dicit: ac comunis Brixie registrator: errore./
S.T. Ego Marcusantonius q. domini Michaellis de Belecatis notarius civis et habitator Brixie ac registrator / comunis Brixie….

PERGAMENA n°2; mm.781x205 (altezzaxbase)
Già Archivio Parrocchiale di Bedizzole e ora Archivio Comunale di Rovato.

S.T. Jn Christi nomine amen. Anno Dominj millesimo trecentesimo nonagesimoquarto jndictione secunda, die septimo mensis / octubris, in tera de Colognis, in domibus jnfrascripti Johannis de

Palazo, sita in contrata Manice, presentibus / Barzino de Tarelis de Valsasna habitatore tere de Roado notario et rogato huic jnstrumento sub teste pro / secundo notario, Antonio de Schilinis civi Brixie, Resino Boni Yorgij de Colognis, Betino de Puteo / de Colognis omnibus testibus rogatis. Cum in sententia arbitramentali alias lata per egregium et / nobilem militem dominum Ramengum de Casate de Mediolano tunc capitaneum civitatis Brixie et / tunc arbitrum et arbitratorem ellectum per et jnter dominam Jmperatricem relicttam condam nobilis militis dominj Oldefredi / de Yseo ac nobilem militem dominum Johannem tunc vocatum Johanninum de Yseo pro se et procuratorio nomine nobilis / militis dominj Jacobini cumque Johaninum Antoniollum fraters agentes pro se et nomine et vice Michaellis / et Tedoldi fratrum suorum pro una parte et Jacobinum de Rietis de Roado pro se et procuratorio nomine ceterarum et / singularum personarum dicte tere et teritorij ex altera parte, de qua sententia arbitrali et de compromisso eius vigore lata fuit / constare dicitur publico jnstrumento jnde rogato per Tomasinum de Pezochis notarium die septimo mensis madij millesimo / trecentesimo quinquagesimo primo, jndictione quarta et jn publicam formam reducto per Johaninum Subtillem notarium / civem Brixie ex comissione sibi facta per dictum Tomasinum notarium, continentur capitulla jnfrascripti tenoris videlicet: Jtem / dicimus et laudamus et cetera ut supra, quod predicti fraters de Yseo teneantur et debeant tenere dictam seriolam aptam de / murijs necessarijs in locijs ubi sunt dicti muri et alijs necessarijs in dictis locis ubi sunt dicti murij jta / quod expedita discurere posit et hoc expensis proprijs dictorum fratrum pro tanta aqua quanta hodie discurit vel hinc / retro discurerit dicta aqua, pro quarta parte a principio dicte seriolle usque ad gardinalle de Claris et si casus / contengerit quod predicti de Roado vel aliquis ipsorum vel habentes causam ab ipsis acceserent aquam in dicta seriolla et dicti / muri rumperentur occaxione dicte aque annexe, quod dicti de Roado teneantur ad reparationem dictorum murorum et / dicte seriolle et non dicti fraters de Yseo. Jtem dicimus et laudamus etc. ut supra quod si casus contigere dicta aqua dicte / seriolle non discureret, quod tunc pro rata temporis predicti de Roado non teneantur solvere dictum fictum dictis de Yseo, sive pro / defectu dictorum de Yseo qui defectus jnteligatur si predicti frater omiterent facere que deberent in dicta seriolla. Cumque / de mensibus novembris et decembris anni proxime preteriti curentis millesimo trecentesimo nonagesimo tercio, jndictione prima, aqua / seriolle de Roado de qua fit mentio in dicta sententia arbitralli non descurerit nec lapsa fuerit ad dictam teram de / Roado eo quia murij in locij ubi necessarijs (?!) erant destructi et derupti erant nec reaptati fuerunt per predictos de Yseo / pro predictis duobus mensibus novembris et decembris prout reaptari debebant atenta forma dicte sententie arbitrallis et maxime / dictorum duorum capitullorum et prout quod predicta notia erant tunc temporis et de hijs erat publica vox et fama in terijs / circumstantibus dicte seriolle et maxime in terijs de Palazollo, de Cocallio et eciam in tera de Claris districtus Brixie et propter / hanc causam non potuerunt macinare molendina dicte tere de Roado nec posesiones ipsorum de Roado que et prout solite / erant adaquarij, sicque pro rata dictorum duorum mensium diceretur ipsos de Roado non teneri ad fictum consuetum solvi ipsis / de Yseo atenta forma dicte sententie arbitralis et maxime capitulorum supradesctiptorum, nobillis vir Johanes de Palazo / natus condam nobilis viri Michaellis de Palazo habens causam et jura cesa ab egregijs et nobilibus militibus / domino Johane de Yseo suprascripto et a condam domino Christoforo olim fillio et herede dicti condam nobilis militis dominj Jacobini / de Yseo pro illis partibus que ipsis domino Johani et condam domino Christoforo pertinebant de ficto dicte seriole anuatim / in tribus terminis solvendo et hoc usque ad certa tempora auditis et jntelectis predictis habuit et recepit ibi / presentialiter et ad cautellam dixit et confessus fuit se habuisse et recipisse a Johane de Brunelis de Roado filij / Benevenuti maserio et officiali comunantie dicte seriole solvente pro se et nomine et vice aliorum suorum participum / et consortum dicte seriole libras treginta planettorum pro medietate librarum sexaginta planettorum que solvi debent si dicta aqua cursisset / more solito et debito pro quatuor menssibus predictis videlicet octubris, novembris et decembris anni proxime preteriti et januarij anni presentis / dicto nobilli viro Johani de Palazo habenti causam a predictis dominis Johane et condam Christoforo de quibus sexaginta libris planettorum / dictus Johanes de Brunelis pro se et dictis nominibus retenuit libras treginta planettorum e solo modo solvit dicto Johani de / Palazo dictas libras treginta planettorum eo quia dicta seriolla non cucurit

causa et occaxione predicta per dictos duos mensses novembris / et decembris anni proxime preteriti, et hanc solutionem recepit dictus Johanes de Palazo de dictis libris treginta planettorum ad protestationem / per eum factam ante et post dictam receptionem pecunie et in ipsa pecunie receptione quod sibi suisque successoribus salvum sit / et esse debeat omne suum jus sibi competens et competiturum contra dictum dominum Johanem et contra heredes et successores dicti condam / domini Christofori causa et occaxione et pretextu dictarum librarum treginta planettorum retentarum per dictum Johanem de Brunelis pro se et dictis / nominibus de dictis sexaginta libris planettorum dicta de causa et eciam omne aliud suum jus sibi competens et competiturum contra predictos de / Roado occaxione dictarum librarum treginta planettorum retentarum in casu quo in dicta sententia arbitralli de qua supra fit mentio aliter / contineretur quam supra scriptum, se quam sententiam arbitralem tamquam habens causam a predictis Johane et a condam domino Christoforo / paratus est observare actenus et in tantum quatenus et in quantum in ea continetur et eam servare debeat de jure. / Que omnia suprascripta dicti Johanes de Palazo et Johanes de Brunelis pro sese et dictis nominibus sibi ad jnvicem perpetuo atendere et observare / et non contrafacere nec contravenire de jure nec de facto et renunciavere exceptioni non sic esse verum doli mali in / factum et sine causa et exceptioni non habitarum et receptarum sibique numeratarum dictarum librarum treginta planettorum omnibusque statutis / provixionibus ordinationibus et decretis ceterijsque juribus in contrarium facientibus quovismodo.
Ego Roadinus de Lazaronibus de Roado notarius hijs omnibus afui et rogatus hanc cartam scripsij.
S.T. Jn Christi nomine amen. Die, locho, mense, millesimo, testibus, indictione predictis ego Barzinus de Tarellis de Valsasna habitator tere de Roado notarius una cum suprascripto notario his omnibus afui et rogatus ad confirmandum presens instrumentum me quoque subscripsi et meum signum consuetum etc./

**Annotazione del trascrittore, Tarcisio Bertoni:** ***(1388-1395)***

PERGAMENA N° 3; MM. 3870X300 (ALTEZZA PER BASE)
GIA' ARCHIVIO PARROCCHIALE DI BEDIZZOLE E ORA ARCHIVIO COMUNALE DI ROVATO.

S.T. Jn Christi nomine. Anno Dominj millessimo trecentessimo nonagessimo quinto, jndictione tercia, die vigessimo primo menssis/marcij, in castro de Roado, in ecclesia Sancte Marie posita in dicto castro, presentibus Roadino de Lazaronibus notario pro secundo notario/et Michaelle [?] de Herbusco habitatore dicte terre, Turino de Castelanis de Roado civi Brixie habitatore dicte terre de Roado, Sandrino de […] / de Trescorio habitatore terre de Roado, Ambroxio de Martinaci js notario et Comenzoto de Herbusco habitatore terre de Roado omnibus/testibus rogatis. Jbi congregata et convocata vicinia et universitate comunis et hominum terre de Roado districtus Brixie de/mandato Delaydi de Reschis et Salveti de Tebaldis cosullum comunis et hominum terre de Roado, in qua quidem vicinia et universitate/erant predicti consulles et jnfrascripti vicinj et terrerij terre de Roado videlicet: primo Johanes de Vezatis, Johanes Cominj Blanchinj, Martinus/Jnverardi de Lazaronibus, Bernardinus de Lazaronibus, Vivianus [?] de Blanchetibus, Johanes Pecinj de Lazaronibus, Ambroxius Morganj, Jacobinus/Mazinj, Andriolus Bagata, Pecinus de […], Johanes Cavalerij, Roadinus Berardi, Turellus Mazinj, Martinus Ambroxij de/Tebaldis, Doninus de Solacijs, Johanes Obizinj, Tonus de Oldellis, Johanes de Merlotis, Doninus Parisij ferarij, Martinus Cosinj, Johanes/Zanebonj, Pasqualis [?] Donzinj, Johanes Fava, Johanes Pezoti Grecij, Johanes Belonj, Delaydus de Tonssis, Dominicus de Trussis, Prandinus/Pestriago [?], Tonnus Travalie, Johanes Pecinj de Macijs, Pecinus Fisonj, Joahnes Bonj Prandinj, Martinus Prandinj, Jacobinus de Pilatis/Dominus Venturinj, Cordinus Venturinj Cordinj, Turotus Venturinj, Tonus Barberij, Doninus Barberij, Florinus Fisonj, Bersinus Perdonj, Pecinus/Fusarij, Martinus de Albertis, Joahnes Targa, Martinus Perdomj, Joahnes Perdomj, Pacinus Moneta, Martinus Zocha, Mafeus Zocha,/Carola de Roversijs, Johanes Prandinj, Doninus Zocha, Pecinus de Cortessijs, Doninus Fava, Jacobinus Tavenj […]/Betinus de Albertis, Guielmus de Laporta, Pecinus Gracij, Graciolus Zambonardi, Obertus de Obertis, Jacobinus Barzola, Johanes Stefanj,/Turinus de Cosinis, Doninus de Barisellis, Johaninus de Barisellis, Jacobinus de Barisellis,
Johanes Delaydonj, Graciolus de Oldellis, / Johanes Spagnolinj, Johanes Tortorinj, Benevenutus de Stancharijs, Conter de Cozandis, Obizinus ferarius, Johanes de Brunellis, Johanes/Delebonj, Jacobinus de Zotis, Donatus Zuchinj, Doninus Cavalinj, Mayfredus Zuchinj, Jacobinus Peronj, Bertolinus de Stancharijs/Johanes Monaldi, Doninus Targa, Jacobinus de Framundis, Geroldus de Herbusco, Tonus Fazinj, Doninus Zafaroli, Martinus Bilinj [?],/Johanes Guidi, Bertolinus de Herbusco, Jacobinus Cosinj, Gidinus Tavenj, Stefaninus Maza, Cominus de Laporta, Cozandus Anselinj,/Stefaninus Tartayonj, Deriginus (?) Salveti Rosey, Johanes de Bornado, Pezandus de Framundis,, Cominzolus Belebonj, Solacius de/Solacijs, Johanes Tartayonj, Johaninus Boycius, Jacobinus de Rivetis, Doninus Curti, Bertolinus Sechaveza, Zoanardus Boycius, Venturinus/Boycius, Pecinus Repelinj (?), Roadinus de Otellis, Johanes Comacij, Jacobinus Fontana, Brichatus Bagata, Martinus Scarla, Odellus/Rospine, Venturinus Framundi, Tadeus de Frialdis, Doninus Tosardi, Roadinus Brunonj, Jacobinus de Frialdis et Johanes Tosardi./ Qui vicinj et homines erant due partes trium parcium et ultra hominum et vicinorum masculorum puberum dicte terre de Roado prout ibi asseruerunt. Cum/hoc sit quod de anno curente millessimo trecentessimo octuagessimo quarto jndictione (in bianco) perdictum comune et homines terre de Roado districtus Brixie/electi fuerint Martinus de Martinacijs, Johanes de Lazaronibus Johanes de Merlotis Donatus Zuchinj, Jacobinus de Riveris et Obertus de Obertis/omnes de Roado et habitatores dicte terre de Roado jn divisores et compartitores ad dividendum et compartiendum terenum domos et edificia existentes in castro/dicte terre de Roado. Cumque predicti divisores et

compartitores unanimiter et concorditer diviserunt et compartiverunt ternum domos et edificia predicta jnter/homines et vicinos dicte terre de Roado et partes asignaverunt dictis hominibus et vicinis et cuilibet eorum die penultimo mensis septembris millessimo trecentessimo/octuagessimo quarto jndictione (in bianco). Que partes fuerunt et sunt jnfrascripte prout suprascripti homines et vicinj dicte terre de Roado ibi sponte et ex certa sciencia/ dixerunt et confessi fuerunt jn Christi nomine et gloriose virginis Marie et Sancti Andree apostulli et Sanctorum Stefanj et Donati et tocius curie celestis/jnfrascripte sunt partes et divisiones facte per jnfrascriptos de Roado jn castro dicte terre de Roado partite terminate et asignate omnibus jnfrascriptis per Maritinum de Martinacijs, Johanem de Lazaronibus Johanem de Merlotis Donatum Zuchinj Jacobinum de Rivetis et Obertum de Obertis de Roado astretos sacramento/per nobillem virum dominum Paganolum de Albayrate tunc vicarium terre de Roado de mandato nobilis et egregij militis dominj Guidonis de/Gonzaga tunc capitanei civitatis Brixie e districtus et scripte per Mafeum de Tiberijs de Herbusco notarium confirmate lecte et publicate per dictum Mafeum/ notarium suprascriptum jn publica et generali vicinia comunis de Roado die penultimo mensis septembris millessimo trecentessimo octuagessimo quarto jndictione (in bianco) /prout in libro dictarum divisionum plenius continetur. Primo asignaverunt dicti compartitores Johani de Otellis de Roado et socijs in castro veteri de Roado/ in suam partem unam partem de domibus teritorij et edificijs existentibus in dicto castro pro parte sibi et jnfrascriptis socijs pertinente cui coheret a meridie et a monte/ via, a mane heredes condam Salvì de Salvetis et Martinus de Macijs, assero Pecinus de Belintessijs que est per justam mensuram tabullas duas pedes/ quatuordecim et dimidium. Jtem asignaverunt dicto Johan et socijs uanm partem dicti teritorij ad portam Roche cui choeret assero et a meridie Prandinus/Pestenaga videlicet jmparte, a meridie via jmparte et jmparte dictus Prandinus, a monte via, assero Jacobinus de Framundis tabulas quatuor pedes quatuordecim/et dimidium.
Jnfrascripti sunt socij et participes dictarum parcium cum quantitate sibi pertinente de suprascriptis partibus: primo dictus Johanes de Otellis tabullas tres pedes/septem et dimidium cum heredibus condam Zufredi Moneginj; Doninus dictus Carolus de Otellis tabullam unam pedes tres et dimidium; Bertellus de Otellis/ pedes viginti et dimidium; Jacobinus de Otellis pedes viginti duos; Doninus de Otellis pedes vigintiduos et dimidium. Jtem dicti partitores/ asignavarunt Lazarino de Lazaronibus et jnfrascriptis suis socijs unam muracham jacentem in castro veteri de Roado cui choeret assero Doninus de Solacijs, a mane/comune de Roado a meridie via tabullas duas pedes octo. Jtem Jacobino de Lazaronibus socio suprascripti Lazarinj in dicto castro veteri unam domum cuj choeret a monte/Anselinus de Cozandis, a mane Benevenutus Stancharij, assero Salvetus Rosey, a meridie via pedes decem et ….. Jtem asignaverunt dicto Jacobino in contrata/ Sancte Marie prope Rocham unam partem cui choeret assero Johanes Cazinj de Vissijs et socij, a meridie et a monte via a mane platea roche sive via / tabullas duas pedes septem. Jtem in dicta contrata unam partem cui choeret a monte a mane et a meridie via, assero Pecinus/Saldella tabullas tres pedes septem/et dimidium. Jnfrascripti sunt participes et socij suprascriptarum parcium cum quantitate sibi pertinente de dictis partibus: primo Lazarinus de Lazaronibus tabullas duas pedem unum/; Jacobinus de Lazaronibus tabullas sex pedes sex; Cosinus Regis pedes novem. Jtem asignaverunt Domenecho Pecinj Tosandi [Cosandi?] et heredibus/dicti condam Pecinj unam partem in suam partem in dicto castro de Roado cui choeret assero Johanes de Stancharijs, a monte via, a meridie Brixianus Fabinj (?)/ que est pedes vigintiduos et dimidium. Jtem asignaverunt Cominzolo Belebonj et Johani Belebonj unam partem in suam partem in contrata […]/ cui choeret a meridie Johanes Gracij, a monte et assero via et debent dimitere unum brachium super cantono tabullas duas pedes quatuordecim et dimidium./ Comenzolus sprascriptus debet habere de dicta parte tabullam unam pedes quinque; Johanes Belebonj suprascriptus debet habere de dicta parte tabullam unam pedes novem et dimidium/ Jtem asignaverunt Johani Gracij et socijs in suam partem unam domum in castro de Roado cui choeret assero heredes condam Martinj de Vessijs, monte via,/ a mane Bonus de Bragoldis, a meridie Pecinus de Frialdis que est pedes vigintitres. Jtem ad Cantonum Cataneum unam partem cui choeret a monte (?)/Cominzolus et Johanes Belebonj, assero via, tabullas duas pedes quatuor. Jnfrascripti sunt socij et participes dictarum parcium cum quantitate sibi pertinente

de dictis / partibus Johanes Gracij pedes undecim et dimidium; Pecinus Gracij pedes vigintiunum; Bonomus Gracij pedes vigintiunum; Johanes Cosandi pedes/viginti unum et dimidium. Jtem asignaverunt dicti partitores Stefanino Cosinj et socijs unam partem in suam partem videlicet unam domum in qua habitant et/terram ibi prope cui choeret assero et a mane via per medium via a meridie Brixianus Perdomj et Cominzotus de Herbusco, a monte Johanes Fisonj et socij/tabullas septem pedes quindecim (?). Jnfrascripti sunt socij et participes dicte partis cum quantitate sibi pertinente de dicta parte: primo Bertolinus Bozij cum Malgarina/Tonssi Ture tabullas duas et dimidiam; Stefanius Cosinj tabullam unam pedes sedecim et dimidium. Norata Groselinj pedes decem et dimidium; Jacobinus de/Rivetis tabullas tres. Jtem asignaverunt Jacobino Cosinj et socijs in suam partem unam domum cui choeret a monte et assero via, assero Daniellus de/Barisellis in parte, a meridie heredes condam Pecinj Cosinj tabullas duas pedes decemseptem. Jnfrascripti sunt socij et participes dicte partis cum quantitate sibi pertinente de dicta/parte primo Jacobinus Cosinj cum uxore condam Nigrinj Brexi tabullam unam pedes decemocto; Martina de Oldellis pedes tredecim et dimidium; Nora de Vissijs pedes novem/et dimidium. Jtem asignaverunt dicti partitores Cominzoto de Herbusco et socijs in suam partem unam domum in qua ipse habitat, cui choeret assero via,/a monte Stefanius Cosinj, a mane Martinus Cosinj tabullam unam pedes septem et dimidium in contrata Pusterole. Jtem asignaverunt in dicto loco a meridie parte/dicte domus unam partem cui choeret assero via, a mane Martinus Cosinj, a monte suprascriptus Cominzotus pedes vigintiduos et dimidium . Jnfrascripti sunt socij et participes/dictarum parcium cum quantitate sibi et cuilibet earum pertinente de dictis partibus: primo Johanes de Herbusco pater dicti Cominzoti pedes quindecim; Bertolinus de Herbusco pedes/duodecim; Benevenutus de Herbusco pedes quindecim et dimidium; Cominzotus suprascriptus pedes duodecim. Jtem asignaverunt Martino Cosinj (?) et Martino/Farnubella in suam partem unam domum in contrata Pusterole cum terra secum tenente cui choeret a mane via, assero Cominzotus de Herbusco a monte Brixianus Perdomj/tabullas duas pedes septem et dimidium. Jtem asignaverunt suprascripto Martino ad Cantonum Catanjum unam partem cui choeret a meridie Pecinus de Landis, a mane et/assero via, tabullas duas pedes sedecim et dimidium. Jnfrascripti sunt socij et participes dictarum parcium cum quantitate sibi pertinente de dictis partibus : primo Martinus Cosinj/habere debet tabullas tres pedes quindecim; Martinus Farnubella tabullam unam pedes novem. Jtem asignaverunt dicti partitores Ogerio condam Martinj de Oldellis/et Martino de Oldellis unam partem in castro veteri de Roado cui choeret a monte via, assero Bonus de Bragoldis, a meridie Lazarinus de Lazaronibus/pedes decem septem. Jtem asignaverunt suprascriptis in contrata Porte Brayde unam partem cui choeret a mane Delaydus Clerici, a monte et a meridie via, assero Jacobinus de/Atacijs tabullam unam pedes decem. Jnfrascripti sunt socij et participes dictarum parcium cum quantitate sibi pertinente de dictis partibus: primo Ogerius de Oldellis tabullam/unam pedes septem; Martinus de Oldellis pedes viginti. Jtem asignaverunt Contro de Cozandis et Fantine condam Contri de Bugatis in suam partem/unam domum cum terra secum tenente cui choeret a monte via, assero Obertus de Obertis, a meridie jngressus, a mane Salvetus Rosey tabullas tres pedes duos et/dimidium. Fantina suprascripta habere debet de dicta domo pedes undecim. Jtem asignaverunt dicti partitores Vitali Cavalierij in suam partem unam domum in/qua habitat cum muracha secum tenente cui choeret assero Pecinus Bibonj (a monte jngressus , amane heredes condam Doninj de Oldellis, a meridie via; tabullas tres pedes duos. Jtem unam domum quam vendidit Sandrino de Treschioro habitatori terre de Roado cui choeret assero et a meridie via,/a monte jngressus, a mane Johanes Zavaydinj tabullam unam pedes duodecim et dimidium. Jtem asignaverunt dicti partitores Salveto Rosey in suam/partem unam domum in castro veteri de Roado cui choeret a meridie via, a mane Jacobinus de Lazaronibus, assero Martinus de Macijs, a monte Johanes/de Brunellis in parte tabullam unam pedes septem. Jtem unam partem aput Curtivum condam Contri de Bugatis cui choeret a monte heredes condam Contri/de Bugatis in parte et in parte via, assero heredes dicti condam Contri de Bugatis sive Conter de Cozandis et fraters, a meridie jngressus, a mane Jacobinus/ de Favis et filij tabullas duas pedes quatuordecim. Agnesina Guidi debet habere in parte dicti Salveti pedes quinque. Jtem asignaverunt/Johani Fava unam partem in contrata Canalis, cui choeret assero

Salvetus Rosey, a monte via in parte et in parte heredes condam Pezoti Grecij, a mane Peyotus Zocha et Tonus/Fazinj, a meridie jngressus tabullas duas pedes decemseptem et dimidium. Jtem asignaverunt heredibus condam Pezoti Grecij domum unam in contrata Toroseli Canalis/cui choeret assero Johanes de Cortessijs, a meridie via, a monte Johanes de Cortessijs, a mane Jacobinus de Laporta pedes viginti et dimidium. Jtem in dicta contrata/unam partem cui choeret a monte via, assero et a meridie Jacobinus Fava, a mane Tonus Frisinj sive Pecinus de Pilatis pedes decem. Jtem/asignaverunt Martino Prandinj et socijs unam partem in contrata vie canalis sive Porte Brayde cui choeret a monte Malgarite Frantorij assero via/a mane Bonus Prandinj, a meridie Barberij tabullam unam pedem unum. Jtem in contrata Olte unam partem cui choeret assero Graciolus Ysonj, a monte/et a meridie via, a mane Johanes de Brunellis tabullas quatuor pedem unum. Jnfrascripti sunt socij et participes dictarum partium cum quantitate sibi spectante de/dictis partibus: primo suprascriptus Martinus Prandinj tabullam unam pedes undecim; Stefaninus de Ronchijs dictus Cavalla tabullam unam pedes novem (?)/et dimidium; Johanes Belonj tabullas duas pedes quinque et dimidium. Jtem asignaverunt Bono Prandinj unam partem in contrata Vie Canalis cui choeret a monte/Malgarita Frantorij et heredes condam Jacobinj Guithoti, a mane via, assero Martinus Prandinij, a meridie Barberij tabullam unam pedem unum. Jtem asignaverunt/suprascripto (?) Bono domum suam quam emit a Prandino, cui choeret a monte via, a meridie Johanes dictus Maganus Mazinj, assero Doninus Zafaroti tabullam/unam pedes tredecim. Jtem unam partem ad Cantonum Catanium cui choeret a meridie Martinus Cosinj, a mane assero et monte via, tabullas duas. Jtem asignaverunt Donino et Mafeo de Barberis unam partem in contrata Porte Brayde sive Baresch (?) canalis cui choeret a monte Bonus et Martinus Prandinij, / a meridie assero et a mane via, tabullas duas pedes viginti. Jtem in contrata Sancte Marie in secunda liga (?) unam partem cui choeret a mane comune de Roado,/ a monte et a meridie via, assero Rondinus (?) de Barisellis tabullas duas pedes octo et dimidium de quibus partibus Mafeus Barberij habere debet tabullas/duas pedes quatuordecim et dimidium; Dominus Barberij habere debet tabullas duas pedes viginti duos. Jtem asignaverunt heredibus condam Martinj/de Vessijs unam domum in castro veteri cui choeret a meridie Johanes Gracij, a monte via, assero Jacobinus de Socijs pedes undecim et dimidium. Jtem in contrata Porte Nove/ unam partem cui choeret a monte et a meridie via, a mane strata, tabullam unam pedes vigintiduos et dimidium. Jtem asignaverunt Delaydo Clerici et Graciolo / Sobricha unam partem in contrata Porte Nove cui choeret a monte et a meridie via, a mane heredes condam Martinj de Vessijs, assero Ogerius de Oldellis tabullam unam/ pedes decemseptem de qua parte suprascriptus Delaydus Clerici habere debet tabullam unam et suprascriptus Graciolus Sobricha pedes decemseptem. Jtem asignaverunt/ Jacobino de Atacija domum in qua habitat Mafina de Pilatis in castro veteri cui choeret a monte et a mane via, assero Bonetus Cavalerij, a meridie comune de Roado pedes decemseptem. Jtem unam partem in contrata Porte Brayde sive Porte Nove cui choeret a mane Ogerius de Oldellis, a monte et a meridie via,/ assero Johanes Comacij et socij pedes quindecim et dimidium. Comina Belonj debet habere de dicta parte pedes sex. Jtem asignaverunt Johanni Comacij/(et?) Paulo de Socijs unam partem aput toresellum …….assero parte Porte Nove, cui choeret a meridie et a monte via, a mane Jacobinus de Atacijs, assero Doninus/Tartayonj tabullas quatuor pedes decemocto et dimidium. Jnfrascripti sunt socij et participes dicte partis cum quantitate sibi pertinente de dicta parte: primo Johanes Comacij/ pedes quatraginta tres et dimidium; Johanes Pezoti tabullam unam pedes viginti tres; Graciola de Scarlis pedes decemocto et dimidium; Martina Aguabenj (?)/ pedes quinque. Jtem asignaverunt Donino Tartayonj et Pelegrino de Macijs unam partem in contrata suprascripti toreselli cui choeret a mane Johanes Comacij/ et socij, assero Martinus Tanga,a meridie via Cratenj (?) a monte via, tabullam unam pedes undecim et dimidium, de qua parte dictus Doninus Tartayonj habere/debet pedes vigintitres et dimidium. Jtem suprascriptus Pelegrinus pedes undecim et dimidium. Jtem asignaverunt Martino Targa unam partem assero parte/Toreseli …… aput Portam Novam cui choeret a monte et a meridie via, a mane Doninus Tartayonj et Pelegrinus de Macijs, assero Gidinus Taverij/tabullas tres pedes quindecim. Jtem asignaverunt dicti partitores Gidino de Taverijs, unam partem in contrata Toreseli Canalis cui choeret a monte et/a meridie via, a mane Martinus Targa,

assero Pezotus Zocha tabullas sex pedes decemseptem et dimidium. Jtem asignaverunt Pezoto Zocha/et socijs unam domum in contrata Toreseli Canalis cum terra secum tenente, cui choeret a mane via, a meridie jngressus, assero Jacobinus Fava, a monte Tonus/ Fazinj tabullam unam pedes quatuor et dimidium. Jtem unam partem assero parte Toreseli Canalis cui choeret a mane Gidinus Taverij, a monte et a meridie via,/ assero Doninus de Monocijs tabullas sex pedes sex et dimidium. Jnfrascripti sunt socij et participes dictarum parcium cum quantitate sibi pertinente de dictis partibus: /primo Pezotus Zocha tabullas quinque pedes septem; Vagnono (?) Zoche tabullam unam pedes sex. Norma (?) … pedes vigintiduos. Jtem asignaverunt/ Donino de ………… et Oberto de Obertis domum unam in castro de Roado cui choeret a monte Martinus Attacijs, a meridie heredes condam Petri Pugnate, assero via, / a mane Stefaninus de Albertis pedes decemocto. Jtem asignaverunt domum que fuit Pasinj de Monocijs fratris dicti Doninj cui choeret a meridie / via, a mane Zanus condam de Rovelijs, assero Mafeus de Tiberijs pedes viginti tres et dimidium. Jtem asignaverunt Oberto suprascripto socio et/ participi dicti Doninj unam domum in dicto castro et in contrata suprascripta cui choeret a monte via, assero et a meridie heredes condam Contri de Bugatis sive Conter Zoanardi/ et fratres pedes septem et dimidium. Jtem in contrata Canalis unam partem cui choeret a mane ……….. de Zochis a monte et a meridie via, assero Johanes Stancharij/ tabullas quinque pedes quatuor de quibus suprascriptis partibus tangit jnfrascriptis ut jnfra et habere debent ut infra: primo Doninus de Monocijs tabullas/quinque et dimidiam; Obertus de Obertis tabullas duas pedes duos. Jtem asignaverunt Johani de ……………unam domum in castro de Roado/ cui choeret assero Jacobinus de Salvetis, a monte via, a mane Bonus (?) Tosardi, a meridie Johanes […]….. tabullas duas pedes quatuor et dimidium. Jtem/in contrata Pusterule (?) unam partem cui choeret a mane Doninus de Monocis, a monte et a meridie via, assero Bersinus Fabrinj tabullas tres pedem unum et dimidium. /Jtem asignaverunt Brixiano Fabrinj et Fachino de Scovo(?) suam partem in castro veteri de Roado cui choeret assero Johanes Boyxius, a meridie via, a monte/ heredes condam Tosardi, a mane Doninus de Fabis pedes decemseptem et dimidium. Jtem in contrata Pusterle unam partem cui choeret a monte et a meridie via, a mane Johanes (?) / ……………assero Johanes de Cortessis tabullam unam pedes sex et dimidium. Jtem asignaverunt Johani de Cortessijs domum unam cum curia a monte/ parte usque ad viam Canalis cui choeret a monte jngressus sive conicolus (?) a mane Jacobinus Tavinj a meridie via jmparte et jmparte heredes Pezoti Grecij/ et in parte Jacobinus de Laporta a mane via in parte et in parte heredes condam Pezoti Grecij tabullas duas pedes viginti tres. Jtem unam partem/ in contrata Pusterle cui choeret a mane Brixianus Fabrinj, assero Venturinus de Bovagnis, a monte et a meridie via, tabullas duas pedes novem. Jtem / asignaverunt Martino et Fachino de Macijs in suam partem unam domum in castro veteri de Roado cui choeret a mane Salvetus Ros cij, assero Johanes / de Otellis a meridie via pedes tredecim et dimidium. Jtem in contrata Pusterle unam partem cui choeret a mane Zufredinus sive Venturinus Cordanj (?) de Bovegnis / a monte et a meridie via tabullas tres pedes decem et novem. Jtem asignaverunt Jacobino Venturj unam partem in contrata Pusterle cui choeret assero et a meridie / via, a mane Fachinus de Macijs, a monte Obizinus ferarius tabullam unam pedes decem. Jtem asignaverunt Obizino ferario in suam partem unam/ domum jacentem in castro de Roado cui choeret a mane via, a meridie Zanetus Cinalie a monte comune de Roado, assero similiter dictum comune tabullam unam pedes / quatuor et dimidium. Jtem unam partem ad cantnum Pusterle cui choeret assero et a mane via, a meridie Jacobinus Venturj a monte Jacobinus Barzelle tabullam / unam pedes sedecim et dimidium. Jtem asignaverunt Jacobino Barzelle in suam partem unam partem a parte superiori cantoni Pusterle cui choeret assero / via caratera (?) a mane via a meridie Obizinus ferarius a Ariginus Brunonj tabullas tres pedes tres. Jtem asignaverunt Johaniet / Arigino Brunonj in suam partem unam partem in contrata Pusterle cui choeret assero via Caratorij, a mane via, a monte Doninus de Solacijs tabullam unam/ pedes sedecim et debet equaliter compartiri inter ipsos Johanem et Ariginum. Jtem asignaverunt Donino de Solacijs et socijs in suam partem/ unam muracham in castro veteri de Roado cui choeret assero Pecinus de Frialdis, a meridie via, a monte liga comunis, a mane Lazarinus de Lazaronibus/pedes viginti tres. Jtem unam partem in contrata Pusterle cui choeret a mane via, assero via Caratorij, a meridie Johanes et Ariginus

partem unam domum in castro de Roado cui / choeret a meridie via, assero heredes condam Pasinj de Monocijs a mane heredes condam Tanalie de Rovelijs tabullam unam pedem unum et dimidium. Jtem unam / muracham in dicta contrata cui choeret a mane Zufredinus de Bovagnis et Venturinus eius nepos, assero Vitallus Cavalerij, a meridie via, a monte / jngressus tabullam unam pedes quatuor. Jtem asignaverunt Stefanino Cagnola per suam partem domum unam seu muracham in dicto castro / cui choeret assero Doninus Furinj et socij a meridie via, a mane Pecinus Boycius et Johaninus eius frater, a monte Calzavelia de Calzavelijs pedes quindecim / Jtem in curtivo Jnverardi de Lazaronibus pedes duodecim quos ipse vendidit dicto Jnverardo precio soldorum vigintiquatuor planettorum. Jtem / asignaverunt Venturino Cordinj de Bovagnis et Zufredino et Johane Zanaydinj (?) per suam partem unam domum in qua habitat dicta Johana cui choeret / a meridie via, assero Sandrinus de Trescorio a mane Pecinus Bibinj a monte jngressus tabullam unam pedes septem. Jtem unam muracham in dicto / castro et in dicta contrata cui choeret assero Johanes Verati de Rovelijs, a mane Mafeus de Tiberijs, a meridie dictus Mafeus partim et partim via et a monte / jngressus tabullam unam pedes quatuor. Jtem in contrata Pusterle unam partem cui choeret assero Fachinus de Mazijs a mane Johanes de                                  / a meridie et a monte via pedes decem septem. Jtem jnfrascripte pars seu quantitas terenj dicti castri de Roado remansit indivisa et tamquam res dicti comunis de Roado / dividenda per dictum comune seu officiales dicti comunis jnter homines terre de Roado ad omnem eorum requisitionem que pars seu quantitas dicti terenj est videlicet: primo una pars jacens / in dicto castro in contrata Platee cui choeret a monte et a sero via, a mane comune de Roado a meridie Brixianus Perdomj partim et partim Doninus Pecinj et Johanes de Albertis (?) / et partim heredes Petri Pugnate et partim Betinus de Albertis que potest esse per iustam mensuram tabullas sex pedes quindecim. Jtem una pars jacens in dicto castro / aput foveam factam in dicto castro cui choeret a sero a monte et a mane via, a meridie jngressus sive cancellus que debet esser per iustam mensuram tabullas quatuordecim. Jtem / una pars in contrata Fontis sive fovee facte in dicto castro cui choeret a monte a mane, a meridie et asero via tabullas sex et dimidiam. Jtem una pars in dicto castro et in dicta contrata cui choeret a meridie Salvetus de Tebaldis, a sero Jacobinus Cosinj, a monte et a mane via, que debet esse per iustam mensuram pedes decemnovem. Jtem una pars / in contrata Pusterle cui choeret a monte Martinus Cosinj partim et partim Comenzotus de Herbusco, a meridie a sero et a mane via, que potest esse per iustam mensuram / tabullas duas pedes tres. Jtem una pars in dicto castro et in dicta contrata cui choeret a monte a sero et a mane via, tabullam unam pedes viginti. Jtem una pars in dicta / contrata cui choeret a monte jngressus sive cancellus, a sero similiter, a mane et a meridie via que potest esse per iustam mensuram tabullas sex pedes decem. Jtem de anno / curente millessimo trecentessimo octuagessimo octavo jndictione (in bianco) die vigessimo quinto mensis aprilis jmpresencia nobillis viri dominj Laurencij / de Arezio vicarij terre de Roado Mafei de Tiberijs de Herbusco notarij habitatoris terre de Roado suprascripti partitores in comuni concordio pro se et nomine et vice dicti comunis de / Roado volentes deinde totam suprascriptam partem seu quantitatem suprascripti terrenj castri de Roado alias non divisi ut supra deliberaverunt asignaverunt et tradiderunt ipsam / partem et quantitatem dicti terrenj jnfrascriptis hominibus de Roado solventibus et sustinentibus honera et factiones cum dicto comuni et cuilibet ipsorum prout jnferius continetur / videlicet primo Johanni Obizinj pro se et omnibus suis socijs de eius desima seu societate videlicet dicto Johanni et cuilibet de eius societate secundum extimum / quod habet in dicto comuni tabullas duas pedes tredecim in dicto castro in contrata Platee a monte parte domus seu murache Johanis de Atacijs et Brixianj / Perdomi cui choeret a monte via a mane comune de Roado a sero Martinus de Albertis cum eius desima, a meridie Brixianus Perdomj et Johanes de Atacijs. / Jtem asignaverunt Martino de Albertis pro se et alijs suis socijs de eius desima seu societate videlicet dicto Martino et cuilibet de eius societate secundum extimum / quod / quod habent in dicto comuni tabullas duas pedes tredecim in dicto castro et in dicta contrata cui choeret a meridie Johanes Barzinj et Johanes de Atacijs, a mane Johanes Obizinj a meridie / eius desima et societas a monte via, a sero Zanonus de Barisellis cum eius desima et societate. Jtem asignaverunt Zanono de Barisellis pro se et omnibus suis socijs / de eius desima seu societate videlicet dicto Zanono et cuilibet de eius societate secundum eorum extimum quod habent in dicto

comuni tabullas duas pedes tredecim cui choeret a monte / et a sero via, a meridie Martinus de Albertis a mane dictus Martinus cum eius societate seu desima cum pacto quod suprascripte tres partes suprascriptorum Johanis Obizinj Martinj / de Albertis et Zanonj de Barisellis cum eorum desimis et societatibus murare possint et debeant super muros a meridie parte dictarum parcium sine aliqua / contradicione parcium secum confinatium. Jtem non teneantur solvere alliquid de muris veteribus (?) existentibus jnter confines eorum partis (?) sed tantum teneantur solvere suam / partem sibi spectantem de muris de novo fiendis. Jtem quod murus qui fiet jnter suprascriptas partes tot alcetur quod omnes domus seu edificia que fient / tam a parte jnferiori quam a parte superiori pluant et pluere debeant versus vias sic quod murus qui fiet sit culmen tam illorum a parte jnferiori quam / illorum a parte superiori. Jtem asignaverunt Johani Tartayonj pro se et omnibus suis socijs de eius desima seu societate videlicet dicto Johani et cuilibet de / eius societate secundum eorum extimum quod habent in dicto comuni tabullas tres et dimidiam suprascripte terre in contrata Zisterne cui choeret a mane et a monte via, a meridie jngressus / a sero Conter de Cozandis cum eius desima seu societate. Jtem asignaverunt Contro de Cozandis pro se et omnibus suis socijs de eius desima / seu societate videlicet

dicto Contro et cuilibet de eius societate secumdum eorum extimum quod habent in dicto comuni de dicto tereno ut supra tabullas tres et dimidiam / existentes in contrata Zisterne cui choeret a meridie jngressus, a monte via, a mane Johanes Tartayonj cum eius societate, a sero Martinus Cosinj cum eius societate. / Jtem asignaverunt Martino Cosinj pro se et omnibus suis socijs de eius desima et societate videlicet suprascripto Martino et cuilibet de eius societate / secundum eorum extimum quod habent in dicto comuni tabullas duas pedes tredecim dicti terenj ut supra existentis in dicta contrata, cui choeret a meridie jngressus, a monte via, / a mane Conter de Cozandis cum eius societate, a sero Pezotus Zocha cum eius societate. Jtem asignaverunt Pezoto Zocha pro se et omnibus / suis socijs de eius desima seu societate videlicet dicto Pezoto et cuilibet de eius societate secundum eorum extimum quod habent in dicto comuni / tabullas tres et dimidiam in dicta contrata cui choeret a meridie jngressus, a monte via, a sero via, a mane Martinus Cosinj cum eius societate. Jtem / asignaverunt Pecino de Frialdis pro se et omnibus suis socijs de eius desima seu societate videlicet dicto Pecino et cuilibet de eius societate / secundum eorum extimum quod habent in dicto comuni tabullas sex et dimidiam dicti terenj in dicta contrata seu in contrata Fontis cui choeret a monte et a mane, a meridie et / a sero via. Jtem asignaverunt Martino de Martinacijs pro se et omnibus suis socijs de eius desima seu societate videlicet dicto Martino et cuilibet / de eius societate secundum eorum extimum quod habent in dicto comuni in dicta contrata unam domum cui choeret a meridie dictus / Jacobinus a monte et a mane via pedes decem novem. Jtem asignaverunt dicto Martino ut supra / de Herbusco unam partem dicti terrenj in contrata Pusterle cui choeret a monte suprascriptus Martinus Cosinj et Comenzotus de Herbusco, a meridie a sero et a mane / via, tabullas duas pedes tres. Jtem asignaverunt dicto Martino ut supra unam partem dicti terenj ut supra aput domum Fachinj de in dicta contrata / cui choeret a monte a sero et a mane via, a meridie comune de Roado tabullam unam pedes viginti. Jtem asignaverunt Johani de Lazaronibus pro se et onibus suis / socijs de eius desima et societate videlicet dicto Johani et cuilibet de eius societate secundum eorum extimum quod habent cum dicto comuni unam partem dicti terenj / in contrata Pusterle a meridie parte domus Venturinj Boycij cui choeret a monte et a sero jngressus, a mane et a meridie via, tabullas sex pedes decem. Jtem dicti / partitores pro se et nomine et vice dicti comunis retinuerunt in dictum comune de Roado et in se dicti comunis jnfrascriptas res et partes dicti terrenj dicti castri non / divisas nec etiam dividendas sed perpetuo remansuras dicti comunis de Roado de quibus dictum comune et homines terre de Roado de legiptimo mandato dicti / comunis possint facere ad suam liberam voluntatem. Primo unam domus ubi est Vicarius comunis et ubi tenentur carzeres pro domino vicario Roadj / cui choeret a meridie et a sero via, a mane heredes condam Stefaninj de Provallijs existens in contrata Sancti Donati castri Roadi. Jtem una muracha / dicti terenj jacens in

dicto loco et in dicta contrata cui choeret a meridie suprascripta domus comunis, a mane Calzavelia de Calzavelijs a monte et a sero via, que / est per iustam mensuram pedes decemocto. Jtem aput domum magnam a mane Anselinus de Cozandis, a sero via, a monte domus magna que fuit illorum / de Bruxatis, a sero via tabullas duas dicti terenj. Jtem in dicta contrata cui choeret a mane Johanes de Barisellis, a meridie, a sero et a monte via tabullas / viginti dicti terenj. Jtem in dicta contrata cui choeret a meridie Malgareta uxor Pecinj Fratorij habitatrix civitatis Brixie a mane, a monte et a sero via tabullas tres pedes / viginti dicti terenj. Jtem in contrata torcolaris Bersanj Perdomj cui choeret a mane heredes condam Delaydi Tenalie de Rovelijs, a meridie Brixianus / Perdomj a monte via, a sero Johanes Obizinj cum eius desima seu societate tabullas duas pedes sex. Jtem in contrata Pusterle cui choeret a meridie et a sero via, / a monte et a mane Jnverardus de Lazaronibus pedes viginti dicti terenj. Jtem a sero parte Porte Sancti Donati ubi solebat esse domus Betinj Aldey (?) / Jacobinj Salveti et Geroldi de Herbusco seu heredum condam Gualfredi de Bercellis cui choeret a mane dicta porta, a meridie via, a monte murus castri, a sero / via. Jd circho suprascripti consules de voluntate et consensu suprascriptorum vicinorum et hominum de Roado et suprascripti homines et vicinj dicte terre de Roado de auctoritate et / consensu suprascriptorum consulum volentes predictas divisiones et expartitiones factas ut supra firmitatem habere et aserentes sese habere plenam noticiam et scientiam de dictis / divisionibus et expartitionibus factis per suprascriptos divisores et expartitores et ipsas divisiones et expartitiones fuisse et esse bonas equalles et justas et de ipsis / sese esse contentos omnibus modis et causis quibus melius potuerunt sponte et ex certa scientia aprobaverunt ratificaverunt et consenserunt suprascriptas / divisiones et expartitiones factas per suprascriptos divisores et expartitores ellectos ut supra, ac etiam in quantum expediet vel utille sit dicto comuni et hominibus dicte terre / de Roado de novo facient jnter se divisiones et expartitiones de dicto tereno domibus et edeficijs existentibus in dicto castro de Roado in illa forma / suprascripta in quam divisiones et expartitiones suprascriptas facere fecerunt de dictis tereno, domibus et edeficijs per suprascriptos divisores et expartitores allias ellectos / prout superius continetur. Promittentes ac promisserunt dicti homines et vicinj de Roado sibj ad jnvicem silicet unus alteri et alter alteri / perpetuo / habere et tenere firma rata et grata omnia et singula suprascripta et nunquam contrafacere vel venire aliqua ratione vel causa de jure nec de facto, / sub obligatione ypoteche suorum et cuiuslibet eorum bonorum presencium et futurorum, renuntiando exceptioni non ita verum esse etc. /

Ego Benevenutus de Tiberijs de Herbusco notarius hijs omnibus affuj et rogatus hanc cartam scripsi. /

S.T. Jn Christi nomine amen. Die, loco, testibus, mense, millesimo jndictione predictis ego Roadinus de Lazaronibus de Roado notarius una cum suprascripto notario / hijs omnibus ad confirmandum presens magnoque subscripsi in signum meum consuetum aposuj etc. /

PERGAMENA n°4 :mm. 517x180 (misure medie di massima, perché la pergamena è molto logora sul margine sinistro).

1462, agosto,26. In Rovato "….jn castro de Roado districtus Brixie super domum legis comunis Roadi sita jn dicto castro, jn contrata Platee, presentibus Marcho filio q. Johannis Frialdi, Martino filio Framondi Facheti et Michaele filio Andrioli de Cozandis omnibus habitatoribus dicte terre de Roado testibus …
Jbi Ventutinus fq. Toni de Zuchinis de Roado … ac etiam nomine Donati et Cominj filiorum q. alterius Comini q. filij suprascripti Tonnj …. dedit, vendidit et tradidit Bersiano fq. Tonnj de Martinacijs (?) presenti sindico et sindacario nomine comunis et hominum terre de Roado …. nec non …… Lazaroni et Johani Zillj massarijs dicti comunis ementibus et recipientibus … nominatim otum dimidium hore orioli … que extrahitur de flumine Olij jn contrata de Fusio teritorio de Paraticho….finito merchato librarum septuaginta quinque plaettorum bone monete Brixie…
…. Johannes filius q. Venturinij de Obertis dictus de la Porta de Roado publicus jmperiali auctoritate notarius hijs omnibus affuj et rogatus hanc cartam scripsi"

PERGAMENA n°5; mm. 455x168 (altezzaxbase)
Già Archivio Parrocchiale di Bedizzole e ora Archivio Comunale di Rovato.

Jn Christi nomine amen. Anno Dominj millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto, jndictione / duodecima, die vigesimo octavo mensis septembris, jn castro de Rovado, districtus Brixie, ad banchum juris dominj vicarij / Rovadi sito sub logia dicti comunis ubi pro dicto comuni jura redduntur, jn contrata Platee, presentibus Bertoldo de Cozandis, / Joanne de Zambellis notario et Faustino de Boycis omnibus de Rovado et habitatoribus dicte terre testibus rogatis, / notis et ad hec specialiter vocatis. Jbi Marcus filius q. Picinj de Martinacis de Rovado et habitator dans, / vendens et stipulans per se suosque heredes et successores ac etiam nomine et vice Gratioli eios fratris pro quo Gratiolo / convenit et solemnj stipulatione promisit mihi Rovadino de Venturis notario jnfrascripto ut publice persone stipulanti et recipienti / nomine quorum jnterest nunc vel jn futurum jnteresse poterit quod dictus Gratiolus perpetuum habebit et tenebit / presens jnstrumentum et contractum firmum, ratum et gratum et omnia et singula jn eo contenta firma, rata et grata / et ipsum et ipsa et non contrafacere nec contravenire aliqua ratione, jngenio vel causa de jure nec de facto sub obligatione / et jpotheca sui reali et personali, dedit, vendidit et tradidit libere et expedite, jure proprio, jn perpetuum ad / purum, mundum, liberum, franchum, expeditum et allodium Joanni fq. Pecinj Zilij de Rovado jbi presenti et / stipulanti nomine et vice comunis et hominum terre de Rovado nec non mihi notario predicto ut publice persone stipulanti nomine / et vice quorum jnterest vel jnteresse poterit nominatim de sexdecim partibus quinque partes botti unius / horologij aqua novella seriole dicti comunis et hominum de Rovado una die cuiuslibet / septimane perpetuo discurentis per unum dugale ipsius seriole facta divissione de tota seriola jn duobus / dugalibus tantum sicut et quamadmodum nunc observatum et prathicatum. Ad habendum tenendum, gaudendum et / possidendum dictam rem venditam et quicquid dicto empton dicto nomine stipulanti deinceps placuerit perpetuo faciendo / cum omnibus et singulis que dicta res vendita habet supra se, jnfra seu jntra se, jn jntegrum, omnique jure / actione usu honore et requisitione, vijs, usibus, usancijs, aqueductis et fossatis ceterisque juribus et / jurisdictionibus spectantibus et pertinentibus ipsi rey vendite aut dictis venditoribus ex ea aut pro ea modo aliquotam / de jure et consuetudine

quam de facto, dando, cedendo, mandando ac dedit cessit, transtulit et mandavit / predictus Marchus venditor pro se et dicto nomine dicto Joanni stipulanti ut supra omnia jura omnesque rationes et / actiones reales et personales utiles et directas mixtas et jpothecarias et alias et alia quascumque et quecumque sibj /
………………………………………………………………………………….
……………………………………………/ tam ad agendum quam ad defendendum, promittens semper de rato habendo. Hoc autem fecit predictus Marcus / venditor pro pretio et finito merchato librarum quadraginta sex planettorum bone monete Brixie curentis quas / …………………………..

PERGAMENA n° 6: mm. 311x181.

<u>1469, ottobre, 14.</u> In Brescia, "… jn domo habitationis jnfrascripti Jeronimj / de Prato, sita in contrata Pallate civitatis Brixie, presentibus Mateo fq. domini Georgij / de Ganassonibus, Andrea fq. ser Bertolomei, Andrea fq. ser Bertolomei de Pontolio, Johanne fq. domini Bertolomei de Rovado et Johanne Antonio filio domini Pastoris de Ganassonibus omnibus civibus et habitatoribus civitatis Brixie testibus ….". "Jbi Jeronimus fq. magistri Ambrosij de Prato civis et habitator civitatis Brixie, in presentia et ad jnstantiam Steffanini de Barisellis habitatoris terre de Rovado, Rovadinj de Venturis, Antonij de Malagucijs et Martini de Lazaronibus omnium habitatorum dicte terre de Rovado nec non mei Pedricini de Buzonibus notarij jnfrascripti ut publice persone stipulantis et recipientis nomine et vice et ad comodum et utilitatem Antonij de Cozandis, Lorandi de Bolpatis et Betoni de Dalmianis de Rovado ….. dixit et confessus fuit se habuisse et recipisse …. computatis omnibus numeratis factis per suprascriptos de Rovado… totum et jntegrum precium possessionis et bonorum alias jpsis Steffanino, Antonio, Lorando et Betono vendite pre jpsum Jeronimum computatis ducatis quinque aurj presentialiter habitis et receptis …"
"Ego Pedricinus de Buzonibus publicus jmperiali auctoritate notarius civis et habitator civitatis Brixie predictis presens fui et rogatus hanc cartam scripsi.
S.T. Ego Gulielmus de Fathellis de Roncho publicus notarius civis et habitator Brixie ac registrator jnstrumentorum in libris registri prefati comunis Brixie registravi …"

PERGAMENA n°7: mm. 571x188

<u>1475, aprile,12.</u> In Brescia, "… in forestaria magna jnfrascripti monasterij sita ut jnfra, presentibus magistro Andrea et Cipriano fratribus q. magistri Dominici de Vignola maringonis habitatoribus Brixie, Baldessare de Martinengo famulo jnfrascriptorum dominorum canonicorum et Antonio de Polaveno habitatore jn Clausuris Brixie testibus… Jbi magister Antonius de Messalibus de Abano caligarius civis et habitator civitatis Brixie … dedit, vendidit…. venerabili in Christo patri domino dum Germano de Vercellis priori conventus et monasterij Sancti Salvatoris suburbiorum Brixie ordinis Sancti Augustinj Lateranensis episcopi et domino dum Lutio vicario prefati monasterij jbidem presentibus, stipulantibus et acquirentibus nomine prefati monasterij et dominorum canonicorum …. nominatim unam petiam terre aratorie et vitate jacentem jn contrata Volte Sancti

Zenj sive Crosette Clausurarum Brixie cui choeret a sero et a monte partim heredes condam Comini de Amadeo, a meridie jngressus, a mane et a monte partim Antonellus Trombetinj salvis … plodiorum duorum vel circa … Et hoc pro pretio … librarum ducentarum quinque planettorum et gerulis tribus vinj quas ... habuit .. jn pecunia auri et argenti presentialiter numerata per Rovadinum de Venturis de Rohado sindicario nomine comunis et hominum terre de Rohado ….Ego Bernardinus filibus nobilis et egregij viri domini Johannis de Rudiano notarius publicus civis et habitator civitatis Brixie … hanc cartam scripsi …
S.T. Ego Bernardinus fq. domini Joannis de Leno civis et habitator Brixie notarius publicus ac registrator per comune Brixie deputatus ….

PERGAMENA n° 8: mm. 507x195.

1486, aprile,14. In Rovato "….super pallatio comunis Roadi ubi pro dicto comunj tractatur conscilium, in contrata Platee, presentibus Girardo q. Joannis de Bassis civj Brixie et habitatore terre de Roado, Venturino fq. Manfredj de Cayijs del Hospitaletto et habitatore dicte terre et Gidello Belinj de Roado et habitatore dicte terre testibus …. Cum jam longo tempore versa fuerit et sit lis et controversia per et jnter comune et homines terre de Roado seu jntervenientes pro eo ex una parte et cives habentes bona et posessiones in terra et teritorio de Roado causa et occaxione taxarum stipendiarorum videlicet fenj, palearum et herbarum dandarum per dictum comune quam per dictos cives stipendiatis deputatis ad allodiandum in terra de Roado que taxe taxabunt ipsis civibus pro dimedia et altera dimedia eorum massarijs qui percipiunt partem fructuum ipsarum possessionum super qua quidem controversia jam annis viginti jnpetrate fuerunt per dictas partes quamplures littere a magnificis dominis rectoribus Brixie presidentibus in ipsa civitate quamque nonnulle alique terminaciones facte fuerunt per prefatos magnificos rectores in dicta causa et demum in anno proxime preterito lata fuit quedam sententia jnter ipsas partes per magnificum dominum Nicolaum Leonum dignissimum potestatem Brixie per quam jnter cetera declaravit quod fieri debeat extimum jnter dictos comune et cives predictos super jntratis posessionum ambarum partium super quo extimo sic fiendo ut supra quilibet tam civis quam massarius et homines dicte terre conferre et contribuere debeant pro ratha extimj …quapropter dicte partes, videlicet dominus Simon de Roado et dominus Angelus Peronus agentes pro se et nomine et vice aliorum civium habentium bona et posessiones in dicto teritorio de Roado ….et ser Rovadinus de Venturis notarius sindicus et sindicario nomine comunis et hominum dicte terre de Roado per jnstrumentum sindicatus rogatum per me notarium jnfrascriptum …. volentes et jntendentes sententiam predictam prefati magnifici domini Nicolay Leono capitaneij ut supra exequi et exequtionj mandare maxime in illa parte de estimo fiendo quod estimum dicte partes tentaverunt pluries facere et tamen debitum effectum consequi non potuit in hunc usque diem, nunc autem media et jnterpositione spectabilis et egregij domini Maffey de Bonis honorandi vicarij Roadj, visis prius et estimatis omnibus et singulis jntratis posessionum ambarum partium de comunj concordio factoque debito calculo dictarum jntratarum …ad jnfrascripta pacta conventiones transactiones et concordium devenerunt que servari debeant ….videlicet quod cives predicti habentes bona et posessiones in dicto teritorio de Roado conferre et contribuere debeant ad dictum onus taxarum fenj palearum et herbarum pro quarta parte omnium equorum de cetero deputandorum ad allodiandum in dicta terra de Roado hoc modo videlicet ipsi cives pro dimedia parte dicte quarte partis et dicti eorum massarij contribuere debeant pro alia dimedia dicte quarte partis de per se et separatim ab ipsis civibus et a comuni jnfrascripto; relique vero tres partes dictum comune et homines de Roado facere debeant separatim a dicta quarta parte …De quibus omnibus rogatus sum ego Baldesar de Merlottis notarius in Roado…

S.T. Ego Jacobus fq. ser Petri de Merlottis de Roado et habitator jbidem notarius publicus suprascriptum jnstrumentum rogatum per suprascriptum q. Baldessarem notarium ab eius principalj scriptura ….

PERGAMENA n°9: mm. 413x173

1489, luglio,11. In Brescia, "…in domibus habitationis spectabilis dominiCaruli de Madijs civis Brixie positis in contrata Sancti Johannis Evangeliste, presentibus venerabile domino presbitero Jacobo de Moris archipresbitero ecclesie de Brandico, ser Francisco Morono notario habitatore Brixie, Roadino de Venturis de Roado notario habitatore ibidem et etiam presente ser Bertolomeo de Monterotundo etiam notario et qui rogatus fuit etiam de presenti jnstrumento testibus …Jbi spectabilis dominus Carolus de Madijs civis et habitator Brixie pater et legittimus administrator et procurator … domini Bertolini, Adorni, Honofri, Augustini, Berardi, Federici et Antonij Christinj fratrum eius filiorum et heredum q. reverendi decretorum doctoris domini Baptiste de Madijs … presentialiter habuit et recepit in pecunia auri et argenti ….libras centum quadraginta planettorum bone monete Brixie a ser Johane Zilio, ser Martino de Lazaronibus et ser Pecino Bersini omnibus de Roado….nomine et vice comunis et hominum terre de Roado ….in quibus tenebatur dictum comune et homines dicto heredi prefati q. domini Baptiste pro ficto livellario quod solvere tenebatur dictum comune in sabato palmarum proxime preterito prout asseruerunt constare publico jnstrumento rogato per ser Bertolomeum de Monterotundo notarium….
S.T. …..Ego Doninus Subricius (?) q. ser Gratioli de Roado civis et habitator Brixie publicus jmperiali auctoritate notarius predictis omnibus presens fui …
S.T. …Ego Aloysius de Guaynarijs notarius et per comune Brixie jnstrumentorum registrator……

PERGAMENA n° 10 : mm. 373x226.

1490, marzo,26. In Rovato, "… super palacio Roadi sito in castro Roadi districtus Brixie in contrata Fovee medij castri, presentibus Tono de Subrichanis, Michaele q. Tonj de Feraris et Baldessare de Merlottis notario omnibus habitatoribus terre Roado testibus …Jbi Stephaninus, Joannes, Laurentius, Bertholomeus et Tonus fratres fq. Christofori de Merlottis de Roado et habitatores ibidem agentes pro se…. nec non nomine et vice Mafei et Martini fratrum suorum … dederunt, tradiderunt …. Ser Roadino de Venturis de Roado et habitatori ibidem notario ….ementi nomine et vice comunis et hominum terre Roadi et maxime habentium jus in seriola de Fusio discurrenti ad terram Roadi nominatim quatuor partes sexdecim partium boti unius aque seriole de Fusio que extrahitur de lacu Jsei in contrata de Fusio et discurrit ad terram de Roado de aqua novella divisa tota seriola predicta in duobos dugalibus tantum …. Pro precio et finito mercato librarum quadragintaocto planettorum bone monete Brixie….
Ego jdem Martinus Lazaronus notarius suprascriptjs omnibus premissis presens fui …

PERGAMENA n° 11 : mm. 557x232.

1490, agosto, 30. In Brescia "…jn studio spectabilis doctoris domini Pauli de Ripa sito in domibus sue habitationis in contrata Sancte Marie Pacis seu Porte Matulfe Citadelle veteris Brixie, presentibus Laurentio de Paneris notario, Augustino filio domini Andree de Lupatinis, Donato de Paterno bechario omnibus civibus et habitatoribus civitatis Brixie ac Johanne Farono cive Brixie habitatore in terra de Virlis districtus Brixie testibus …Cum sit quod alias reverendus decretorum doctor dominus Baptista de Madijs civis et habitator civitatis Brixie vendiderit quedam bona et jura comunibus et hominibus terrarum de Rovado et de Cochalio districtus Brixie jacentia in terris et territorijs ipsorum de Rovado et de Cochalio ad rectum livellum Brixie cum potestate affranchandi dicta bona et jura ad certos terminos et pro certo precio ut latius de predictis assertum fuit constare publicis jnstrumentis jnvestiture factis per prefatum dominum Baptistam in prefatos de Rovado et de Cochalio rogatis et scriptis per Bertholomeum de Monterotundo notarium /…. Et cum sit quod q. prefatus dominus Baptista decesserit condito per eum prius suo ultimo testamento jn quo jnter cetera sibi heredes universales jnstituit ….dominum Adornum, dominum Bertolinum juris canonici peritum, dominum Honofrium, Augustinum, Bernardum, Federicum et Antonium Christinum fratres et filios spectabilis domini Caruli de Madijs… fratris ipsius domini testatoris et jn dictomet testamento inter alia disposuerit quod quando dicti homines de Rovado et de Cochalio vellent se affranchare …. quod precium affranchationis …debeat jnvestiri in bonis stabilibus pro ut latius constat in dicto testamento rogato et scripto per ser Franciscum de Aquagnis notarium …. Et cum sit quod Donatus de Proleza becharius civis et habitator Brixie et Zanolinus, Faustinus et Jacobus eius filij acquisiverint certa bona sita et jacentia super territorijs de Colognis, Pallazolo et Pontolio districtus Brixie a venerabile domino Gabrielle, spectabili juris perito domino Stefano et ser Johanne de Zamaris fratribus et fq. domini Francini de Zamaris….Jdcircho Zanolinus, Jacobus et Faustinus fratres et filij et procuratores supracripti Donati ….vendiderunt… suprascriptis dominis Bertolino, Honophrio et Augustino fratribus de Madijs et spectabili doctori domino Paulo de Ripa procuratorio nomine jntervenienti spectabilis doctoris domini Adorni ac spectabilis domino Carulo de Madijs … nomine et vice Bernardi, Federici et Antonij Christini fratrum … Et quia dicti homines de Rovado et de Cochalio jntendunt se velle affranchare a parte livelli dictorum bonorum … et precium dicte affranchationis jnvestire in dicta melioramenta et utile dominium dictorum de Proletia …jdcirco Rovadinus de Venturis tamquam depositarius comunis et hominum terre de Rovado et ser Johannes Coma agens etiam tamquam depositarius ac nomine et vice dictorum comunis et hominum terre de Cochalio predicto volentes jnvestire dictos ducatos quingentos in bonis stabilibus…

S.T. … Ego Doninus Sobricus q. Gratioli de Roado civis et habitator civitatis Brixie…

S.T. ….Ego Cominus fq. Leonardj de Brandico civis et habitator civitatis Brixie (secondo notaio).

S.T. …Ego Hieronymus fq. domini Bertolomey de Marinis civis Brixie publicus notarius ac registrator jnstrumentum…

PERGAMENA n° 12: mm. 440x198.

1493, ottobre, 10. In Brescia, "…jn domibus habitationis spectabilis juris utriusque doctoris domini Bernabovis de Madijs positis in contrata Sancte Marie Pacis Brixie, presentibus domino Oprandino de Palatio, Vincentio de Fenarolis q. domini Johanis et ser Comino de Brandico notario civibus et habitatoribus civitatis Brixie testibus ….Jbi spectabilis et preclarus legum doctor Bernabos de Madijs civis et habitator civitatis Brixie cessionarius ut jnfra jbi presentialiter … habuit et recepit …. a ser Roadino de Venturris, Tonno de Stancaris, Laurentio Zilio et Stefanino Pecinj de Bersinis de Roado solventibus nomine et vice comunis et hominum terre de Roado … libras trecentum viginti septem et soldos sexdecim planettorum bone monete Brixie … et hoc pro parte affrancationis bonorum alias jn emphiteosim datorum per q. reverendum dominum Baptistam de Madijs dictis comuni et hominibus terre de Roado et fiende per dictum comune de Roado et vigore cessionis jn ipsum dominum Bernabovem facte per spectabilem dominum Carolum de Madijs civem et habitatorem civitatis Brixie patrem et legiptium administratorem eius filiorum et heredum q. prefati domini Baptiste…
S.T. …Ego Doninus Sobricus fq. ser Gratioli de Roado civis et habitator civitatis Brixie publicus jmperiali auctoritate notarius …
S.T. …. Ego Leonardus de Malvecijs publicus notarius civis et habitator Brixie ac jnstrumentorum registrator per comune Brixie deputatus…

PERGAMENA n° 13: mm. 1022x174.

1498, aprile, 11. In Brescia, "…jn monastero Sancti Salvatoris extra menia civitatis Brixie, presentibus ser Johanne de Pallazolo notario, Gabrielle filio Antonij Pachinj, Bertramo filio Bernardi Botte mereschalcho et Hieronimo q. Pelegrinj de la Piaza revenzarolo jn contrata Pallate, omnibus habitatoribus Brixie ac Martino q. Guarischi de Marinonibus de Rovado habitatore Brixie omnibus testibus … Convocato et congregato capitulo monasterij et conventus Sancti Salvatoris suburbiorum civitatis Brixie ordinis canonicorum regularium Sancti Augustinj in observancia pro jnfrascriptis specialiter peragendis de mandato reverendi patris domini dum Alberti de Verona prioris ipsius monasterij, sono campanelle, more et loco solitis, in quo quidem capitulo aderant convocati omnes et singuli jnfrascripti, videlicet: prefatus dominus prior, dum Paulus a Regio vicarius, dum Felicianus de Bergomo, dum Pacificus de Bergomo, dum Hieronimus de Brixia, dum Augustinus de Brixia, dum Fermus de Bergomo, dum Fabianus de Brixia, dum Vincentius de Verona, dum Justus de Verona, dum Theofilus de Verona, dum Archangelus de Vincencia, dum Luchas de Bergomo, dum Benedictus de Brixia et dum Johannes Grisostomus de Brixia omnes professi et vocem habentes in capitulo, asserentes se se representare totum jpsum capitulum vel saltem duas partes ex tribus habntiu vocem in capitulo …ex una et Rovadinus de Venturis q. Jacobi et Tonnus de Stancharijs ambo de Rovado sindici et procuratores … nomine comunis et hominum terre de Rovado …ex alia facerunt jbi presentialiter ad jnvicem calculum et saldum rationis de et pro hijs que partes ipse agere habuerint hinc retro occaxione precij et fictorum livellariorum possessionis et bonorum alias per ipsum monasterium…. datorum et venditorum seu in emphiteosim datorum ipsis comuni et hominibus de Rovado … pro precio librarum quinquemilium planettorum de precio etc. ut constat publico jnstrumento rogato per me Franciscum Aquagnum notarium jnfrascriptum die 16 decembris 1479 …

Ego Franciscus Aquagnus notarius publicus civis et habitator Brixie predictis presens fuj…
S.T. Ego Gulielmus de Fathellis de Roncho publicus notarius … ac registrator jnstrumentorum

PERGAMENA n° 14: mm.

1504, maggio,6. In Brescia, "… jn camera cubiculari jnfrascripti domini Antonij posita in eius domibus in contrata Sancte Agathe Brixie, presentibus reverendo domino presbitero Donato de Frialdis preposito ecclesie de Roado, venerabile domino presbitero Nacleto etiam de Frialdis beneficiato ecclesie Sancte Agathe Brixie, Baldessare Zilio notario, Gaspare de Urticijs q. ser Fioravani habitatore in Roado et Bernardo filio Antonij Mediolanensis de Passirano factore jnfrascripti domini Johannis, Andrea de Violinis de Sayano habitatore in Paterno et Antonio de Zono de Passirano habitatore in Castegnate testibus…
Ser Martinus de Lazaronibus, ser Roadinus de Venturris et ser Augustinus de Malagucijs notarij omnes habitatores in Roado districtus Brixie sindici et sindicarijs nominibus jntervenientes comunis et hominum terre de Roado et universitatis dicti comunis habentium jus in seriola de Fusio per jnstrumentum sui sindicatus rogatum et scriptum per ser Baldessarem de Merlottis notarium sub die tertio mensis presentis …. dederunt et concesserunt ac locaverunt spectabili domino Antonio q. egregij domini Gervasij dicti Baytelli de Ganassonibus et domino Hieronimo et Augustino fratribus filijs et agentibus nomine spectabilis domini Johannis q. domini Simonis de Ganassonibus eorum patris… nominatim duos dies normales cuiuslibet septimane continuos de horis vigintiquatuor pro quolibet die jnclusive videlicet quartam partem totius seriole de Fusio de Roado jn loco partitorij jn contrata Pontis Strate Regalis ubi dicta aqua dividitur jnter habentes jus jn dicta seriola … dando, solvendo… libras trecentas planettorum quolibet anno pro ficto.
S.T. … Ego Doninus Sobricus q. ser Gratioli …
S.T. Jacobus Philippus de Cizago notarius et per comune Brixie registrator ….

PERGAMENA n° 15: mm.

1518, novembre,23. In Sovere, "…in domibus jnfrascripti domini Georgij in contrata Sancti Martini seu Turris, presentibus egregijs viris domino Bertolino q. domini Betini Pagieni, domino Baptistino q. domini Raynaldi de Cataneys de Suere habitatoribus jbidem et domino Hieronymo q. domini Augustini de Cerete habitatore dicte terre testibus … Cum sit quod alias dominus Georgius fq. domini Antonij de Forestis de Suere habitator jbidem acquisivisset a comune et hominibus terre de Rovado seu a ser Daniele Lazarono, a ser Andrea Fraxino et a ser Joanne Serina sindicis tunc … nominatim duas partes trium partium pro jndiviso unius molendinj tercij jn ordine molendinorum comunis Rovadi antedicti siti in teritorio dicte terre in contrata Strate Regalis Brixie cui desuper toto choeret a sero dominus Alexander Calinus mediante vase seriole, a monte, a mane et a meridie via, salvis … pro libris mille quingentis planettorum monete Brixie … Nunc vero volentes dictum comune et homines Rovadi dictas duas partes … recuperare … pagano le 1.500 lire.
S.T. Ego Jacobus filius magistrj Bernardi de Venturis de Rovado habitator jbidem publicus jmperiali auctoritate notarius…

PERGAMENA n° 16 : mm.

1526, marzo, 7. In Rovato, "… super pallacio comunis Rovadi sito jn Castello jn contrata Platee de Medio, presentibus Lazaro Barbarono officiale jn Rovado, ser Jacobo Venturro notario ambobus de Rovado et habitatoribus jbidem testibus … Jbi dominus Julianus q. domini Jmerici de Bazardis civis Brixie habitator jn terra de Travayado agens pro se … jn presentia ad jnstantiam et requisitionem Andree q. Benevenuti Lazaroni consulis comunis suprascripti nec non ser Jacobi Martinacij, magistri Anzelini Cozandj, ser Francisci Lazaroni et ser Jacobi Frialdj syndichorum comunis Rovadi … dixit et confessus fuit habuisse et recepisse… libras centum quatuor soldos undecim denarios duos planettorum…
Ego Johannes Paulus fq. domini Christofori de la Porta de Rovado Brixie districtus et jbidem habitator…

PERGAMENA n° 17: mm.

1537, novembre, 29. In Brescia, "… super pallatio magnifice comunitatis Brixie jn quo jura redduntur contrata Platee Magne, presentibus Bernardino Prandini de Prande et Andrea filio ser Jacobi Venturri ambobus habitatoribus jn Rovado et ser Johanne Antonio Bonzanello de Cochalio testibus…
Jbi dominus Julianus q. domini Jmerici de Bazardis de Travayado civis Brixie… habuit et recepit a ser Francisco Lazarono syndico et jnterveniente nomine comunis et hominum Rovadi libras septuaginta duas soldos tredecim denarios quatuor pro parte pretij bonorum… jn emphiteosim concessorum..
S.T. Ego Johannes Paulus fq. domini Christofori de la Porta de Rovado Brixie districtus publicus jmperialj auctoritate notarius…

PERGAMENA n° 18: mm.

1541, marzo, 3. In Brescia, "… jn apotecha aromatarie domini Johannis Petri q. domini Bernardini de Rovado sita jn contrata Palate, presentibus suprascripto domino Johanne Petro de Rovato aromatario ad Palatam, domino Vincentio q. domini Ludovici Ganasoni ac magistro Francisco de Cantu sutore ad Palatam testibus … Jbi ser Johannes Baptista fq. ser Donini de Bazardis de Travayado Brixie districtus ad presens habitator jn Ognado et partim jn Travayado … ad jnstantiam … ser Pycinj de Zilijs de Rovado agentis nomine comunis et hominum Rovadi … habuisse et recepisse … libras centum quinquaginta planettorum …
S.T. Ego Johannes Paulus fq. domini Christofori de la Porta…

PERGAMENA n° 19: mm.

1550, marzo,7. In Brescia, "… jn domibus habitationis jnfrascripti magnifici equitis domini Anibalis Bornati sitis jn civitate Brixie jn contrata Mercati Novi juris domini Helisey de Chizolis presentibus ser Francisco de Lazaronibus de Rovado et Lodovico fq. Francisci de Schalvis de Bagnolo servitore prefati magnifici equitis testibus …Cum sit quod alias q. magnificus dominus Jullianus de Calino nobilis Brixianus jnvestivisset ad rectum livellum Brixie quosdam agentes nomine comunis et hominum Rovadi de quibusdam bonis situatis super teritorio Rovadi jn diversis locis et contratis … directum pervenerit ad manus q. magnifici domini Nicolay de Confanonerijs … nunc autem magnificus eques dominus Anibal fq. magnifici domini Julij de Bornatis maritus et tamquam coniuncta persona magnifice domine Cicilie fq. dicti magnifici domini Nicolay … recepit a ser Johanne Donato de Brunellis de Rovado presente et agente nomine comunis et hominum Rovadi … libras centum planettorum…
S.T. Ego Johannes Paulus q. domini Christofori de la Porta……

PERGAMENA n° 20: mm.